Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36486
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



me mater mea. Et in alio loco. Abalienati s peccatores a utero. Et in utraq; parte ante quam parvuli nascerentur dis iacob dilexit esau autem odio habuit. Inuenimus locum hereticis. q diuersas naturas esse pretendunt. spiritale uidelicet animale et carnem. et alia saluari. alia perire. alia uero utraq; consistere. qd nunquam aut iustus elegere aut nequam aliqd bonum facere. aut peccator odirentur aut delicti. non esse perpetuam et saluandorum natura diuersa. Ad qd potest simplicem respondari. hoc ex dei prescientia pueniri. ut que futura iustum futurum prius diligat quam oriatur ex utero. et que peccatorem oderit ante quam peccet. non quo et in amore et in odio iniquitas dei sit. s; qd non aliter eos habere debeat. qs sciret uel peccatores futuros esse et iustos. Hos ut homines tantum de presentibus iudicare. illum cui futura iam facta s. de fine rerum. non de exordius ferre sententiam. Et hec quidem simplicius dicta sint. et absq; alterius dissertione possunt utrumq; placere lectori. Ceterum q iustum dei nititur adserere. p illud qd dudum posuimus. abalienati s peccatores a uulua. inferunt et alia cetera q sequuntur erraueruns ab utero locuti s falsa. et dicunt. Quoniam statim ab utero erraueruns peccatores. et falsa locuti s. qui nec sermone potuerunt habere nec sensum. aut que est iustitia prescientia dei. aliud amare et custodire ante quam nascatur. aliud detestari. Et causas hui rei ad priorem uitam referunt qd unusquisq; p merito suo a primo statim ortu. aut bonus aut malus angelus adsignetur. totumq; illum locum de iacob et esau cuius nec feecimus mentionem ita ad romanos scriptum uertamus ut non absq; labore et chrysippi eas possit elaborare respondere. Hoc est autem ipsum ut reuelet filium suum in me. qd si diceret reuelare filium suum michi. cui enim qd reuelatur huic illud potest reuelari. qd ante in eo non erat. in quo uero reuelatur: illud reuelatur qd prius fuit in eo et postea reuelatum est Simile est illud in euangelio. Medius in uobis stat. que nesciatis. Et alibi. Erat lux uera q illuminat omnem hominem uenientem in mundum. Exp spiritum fit natura omnibus dei uiuere noua. nec quemquam sine xpo nasci. et non habere semina in se sapientiae. iustitiae. reliquarumq; uirtutum. unde multi absq; fide euangelii